

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Cap. XII. De Sancto Sanctorum, Rege Regum, Domino Dominorum, Deo
Deorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621

bus, & qui facit illam ineffabilem pacem, quae est ab eterno praordinata, per quam reconciliatur ipsi Christo in Spiritu sancto, qui est Spiritus dilectionis & pacis, per ipsum Christum, & in ipso Christo simul reconciliatur DEO Patti.

Pax vera per Christum.
V. Refolut. 4.8. & 9.1.

C A P V T XII.

De Sancto Sanctorum, Rege Regum, Domino Dominiorum, Deo Deorum.

Dicitur S. D. **S**anctitatem esse ab omni scelere liberam, & omnino perfectam, & omni ex parte immaculatam puritatem. Quod citat D. Thom. 3. p. q. 27. a. 2. Th. 3. p. q. 27. a. 2.

Docet etiam quid sit regnum, quid dominatio & quid deitas, quam dicit esse que omnia videt providentia & bonitate perfecta, quod citat D. Th. 1. p. q. 13. a. 8.

Item quod ista de DEO prædicens addendo Idem 1. p. supereminenter, v.g. supereminens sanctitatem, & dominatio, quod citat D. Thom. 1. p. quest. 108. artic. 5.

Denique quod dicatur Sanctus Sanctorum, Rex Regum, Dominus Dominorum, & DEUS Deorum per excellentiam super omnes. Sanctos verò & Reges, & dominos, & deos appellat Scriptura principaliores ordines, quorum opera DEI munera participant ab inferioribus.

Quae omnia laè explicat D. Th. hic præter loca citata, in quibus meminit hujus capituli, & in q. disp. de pot. q. 9. a. 7.

Documentum 74.

Sanctitas secundum nos est ab omni immunditia libera, & perfecta, & omnino immaculata munditia.

Expositio D. Thomæ. Sanctitas secundum nostram acceptionem est munditia libera ab omni immunditia, & perfecta, & omnino immaculata munditia. In quibus verbis tres gradus munditiae degradus signantur, qui ad sanctitatem requiruntur. Primo est libertas ab omni immunditia: libertas autem servitutis opponitur; servus autem immunditiae existit, qui totaliter ab immunditia vincitur, & ei subiectus: primos ergo munditiae gradus est, ut aliquis ab aliqua servitute immunditiae libertate.

Secundus est, ut sit munditia perfecta: perfectum enim est, cui nihil deest. Contingit autem quandoque, quod aliquis immunditiae quidem non subiicit; deest tamen tibi aliquid ad munditiam, in quantum passionibus immunditiae inquietatur, quæ cum tolluntur, sit perfecta munditia.

Tertius gradus munditiae est, ut sit omnino immaculata. Maculata enim dicitur, quod non ab intrinseco, sed ab exteriori inquinatur. Erit ergo omnino immaculata munditia, cum non solum in se ipso aliquis puritatem habet, sed etiam nihil est exterioris, quod cum ad immunditiam trahere possit. Et in his tribus gradibus munditiae, ratio sanctitatis perfecte consistit.

V. Refolut. 3.

C A P V T XIII.

De perfecto & uno.

Dicitur S. Doctor, quomodo DEUS dicatur perfectus & unus: & unitatem in omnibus rebus reperiri, unde infert D. Th. 1. p. q. 12. a. 1. Unum nihil addere supra ens contrahens illud.

Item docet unitate sublata omnia petire, & ex DEO uno esse omnia, Trinitatem unitatem esse eminentissimam, & incognoscibilem.

Tandem concludit, predicta esse divina nomina qua ratione intelliguntur, & inde promittit ad symbolicam Theologiam transire.

Quia D. Thomas explicat hic, & citat loco adducto ex 1. p. & in 1. dist. 2. q. 1. a. 1. & 3. & q. disp. de pot. q. 7. a. 5. & q. 9. a. 7.

Documentum 75.

ex lect. 5.

Oportet & nos à multis ad unum virtute divina unitatis conversos unitive laudare totam & unam Deitatem.

Expositio D. Thomæ. Dicit ergo, quod oportet nos laudare totam & unam Trinitatis deitatem unitam, id est, secundum rationem unitus, ita quod convertatur à multis creaturis, quae participant unam ad id quod vere unum est, scilicet DEUM, & hæc conversio fit in nobis virtute divinae unitatis, dum eum consideramus, quod divina unitas est virtuosior omni unitate, omnia relinquentes in ipsam converteruntur. Hæc ille.

Toram & unam deitatem contemplemur, quod quidem perfectius est, quam per distinctas perfections, vel etiam mysterium Trinitatis distincte contemplari.

V. Refolut. 70.

Documentum 76.

Propter quod & ipsi per negationes ascensum prebonaverunt, sicut exsuscitantem animam ab his, que sunt ipsi connaturalia, & per omnes divinos intellectus pergentem, à quibus segregatum est, quod est super omne nomen, & omnem rationem, & omnem cognitionem. In ultimi autem totorum ipsi conjungentes, in quantum nobis illi conjugari est possibile.

Expositio D. Thomæ. Quia Theologi, id est, Apostoli, & Prophetæ considerantur, quod omnne nomen à nobis impostum deficit à DEO, ideo ipsi inter omnes modos, quibus in DEUM possumus ascendere per intellectum, præordinaverunt eum qui est per negationes, per quas quodam ordine in DEUM ascendimus. Primo enim anima nostra quasi suscitatur, & consurgit à ebus materialibus, quae sunt illi connaturalia, puta cum intelligimus DEUM non esse aiquid sensibile & materiale, aut corporeum, & sic anima nostra negando per omnes divinos intellectus, id est, per omnes ordines Angelorum quibus est segregatus DEUS, quæ est super omne nomen, & rationem, & cognitionem. Ad ultimum autem, anima nostra

DEO